



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 53. Synodi Tornacensis decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. Novembris executioni dedit. Sub idem
 A. C. 1681. tempus David Clericus apud Antistites
 Cleri Gallicani Parisiis congregatos ac-
 cusabatur, quod in suo libro *de Cæ-
 nicis Episcoporum judiciis* docuisset, Epi-
 scoporum causas in primo congressu
 ad Tribunal Pontificis deferri posse, nec
 sine auctoritate Romani Pontificis qui-
 quam ab Episcopis in Concilio congre-
 gatis definiri posse, Romanumque Pon-
 tificem in dijudicandis etiam quæstio-
 nibus facti infallibilem esse. Hæc ex
 suo libro perperam deduci, sibi que im-
 poni, David scriptotenus declarare co-
 gebatur, ut Gallorum Antistitem, qui
 se immotos Pontificiæ auctoritatis vin-
 dices verbis profitebantur, indignatio-
 nem, severasque pœnas evitare possent.

§. LIII.

Synodi Tornacensis decreta.

*Concil. Ger-
 man. t. 10.*

Hoc item anno die vigesima secunda
 Aprilis Gilbertus Choiseulius Tor-
 nacensis Episcopus denuo suam Diæce-
 sanam celebravit Synodum, in qua
 sublatis quibusdam corruptelis prohibi-
 tum, ne infantes, antequam primum
 a nativitate annum compleverint, in
 Parentum lectis ponantur, nec etiam
 nocturni conventus inter utriusque se-
 xus Personas fiant. Præcepit insuper
 Syno-

Synodus, ut in omnibus Bibliopola-
rum officinis diligens fiat inquisitio in
libros scandalosos, infames, atque hæ-
reticos. Denique statutum, ut quando
petitur portio Canonica, antiqui redi-
tus abdicentur in favorem decimato-
rum, prius tamen petita Episcopi li-
centia: Paschalis autem communio in
illa Parochia suscipiatur, in qua quis
majore anni parte degit.

Sæc. XVII.
A. C. 1681.

§. LIV.

*Innocentii XI. epistola contra intrusos
Apamiensis Ecclesiæ Vicarios.*

Postquam Michael Daubredus a Capi-
tulo Apamiensi electus Vicarius Ge-
neralis, eo quod contra Regalistas Ec-
clesiæ immunitatem ad defuncti Anti-
fistis sui exemplum strenue defendisset,
primo in exilium ac postea in carceres
detrusus fuerat, idem Capitulum Joan-
nem Cerlem Canonicum ac Præcento-
rem Daubredo suffecit: Cum autem
Innocentius XI. Papa perceptis Rega-
listarum artibus ac violentiis probe pro-
spiceret, haud dubie ab iis alios intru-
sum iri, hinc non modo præfati Cerlis
electionem confirmavit, sed etiam
cuncta ab iis, qui profana potestate
muniti hoc officium usurpaturi essent,
attentanda omnino irrita declaravit.

datis

Gall. vind.
p. 82. & 304.
Acta Cleri
Gall. t. 7.
Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 40.
Mem. Chron.
& Dogm.